



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

L. I

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**

da ut quam veneramur officio  
etiam pie conuersationis seq̄  
mur exemplo. Per. **Ad com-**  
**pletorium an.** Miserere. **Leci-**  
**lie virginis vicesimalia secunda no-**  
**uembriis. In matutinis. In /**  
**uitatorum Regem virginum.**  
**In primo nocturno an.** **Leci-**  
lla virgo almachium exupera  
bat tyburcium et valerianum  
ad coronas vocabat. **ps et p.**  
**de virginibus. an.** Expans  
manibus orabat ad dominum ut ea  
eriperet de inimicis. **an.** **Lili-**  
tio cecilia membra domabat  
deum gemitibus exorabat. **R. I.**  
**O** Cecilia virgo preclarissi  
ma ex nobili romanoꝝ  
genere exorta et ab ip̄is cuna  
bulis in fide christi nutrita:  
absconditum semper euangelium  
christi gerebat in pectore et non  
diebus neque noctibus a colloquiis  
diuinis et oratione cessabat. sua  
et virginitatem conseruari a  
domino exorabat. Tu autem. **R.**  
Tantibus organis cecilia  
virgo in corde suo soli domino  
decantabat dicens: Fiat domine  
cor meum et corpus meum  
maculatum ut non confundar  
**R.** Biduanis ac triduanis ie  
iuniis orans commendabat  
domino quod timebat. Fiat.  
**Q**um autem cuidam **Lectio. ii.**  
iuueni nomine valeriano desp̄o  
sata fuisset et dies nuptiarum  
instituta esset. illa subitus ad

carnem ciliatam erat induta: et  
desuper deauratis vestibus tege  
batur et cantantibus organis  
illa in corde soli domino decan  
tabat dicens. Fiat domine cor  
meum et corpus meum immac  
ulatum ut non confundar. Et  
biduanis ac triduanis ieiuni  
is orans commendabat domi  
no quod timebat. Tu autem. **R.**  
**O** beata cecilia que duos fra  
tres conuertisti almachium iu  
dicem superasti. Urbanum ep̄m  
in vultu angelico demonstra  
sti. **R.** Cecilia me misit ad vos  
ut ostendatis mihi Urbanum  
episcopum. **Lectio tertia.**  
**V**enit autem nox in qua suscepit vna  
cum sp̄so suo cubilis secreta silē  
tia et ita est alloquitur **O** dulcissimi  
me atque amarissime iuuenis est  
mysterium quod tibi confiteor an  
gelum si habeo amatorem qui  
nimio zelo custodit corpus meum  
hic si uel leuis senserit quod tu me  
polluto amore contingas sta  
tim feriet te. et amittes florem  
tue gratissime iuuentutis. Si  
autem cognouerit quod me sincero a  
more diligas: ita quoque dili  
get te sicut me et ostendet tibi  
gloriam suam. Tu autem. **R.** Virgo  
gloriosa semper euangelium christi  
gerebat in pectore. Et non  
diebus neque noctibus vocabat a  
colloquiis diuinis et oratione  
**R.** Est secretum valeriane quod  
tibi volo dicere angelum dei ha